

DN. REINHARDI BACHOVII
Echtii IC. & in Academia Heydelbergensi Pro-
fessoris quondam celebratissimi,

TRACTATUS
DE
PIGNORIBUS
ET HYPOTHECIS,
absolutissimus.

Editio postrema prioribus emendatior.

Societate Libreria & —

*de Collegio
de la
Magna*



FRANCOFURTI & ROSTOCHII,
Apud Joachimum VVildium, Bibliopolam.

ANNO MDC LVI.





*MAGNIFICIS, NOBILISSI-
MIS ET AMPLISSIMIS
VIRIS,*

Dn. JOHANNI GEORGIO
von der Grün zu Weiersberg.

Dn. FRANCISCO Zuger.

In Supremo Cæsareæ Majestatis
& Imperii Tribunali

Adfessoribus meritissimis, gravissimis,

Dnn. & Fautoribus honorandis.

):(2

Cum

Dedicatio.



VIRI Magnifici & Nobilissimi Viri, istius, quamvis ingrati otii, quo etiamnum fruor, & quo aliquot jam annos fruitus sum, rationem mihi reddendam esse intelligam, factis illam potius & rebus ipsis, quàm verbis reddere decrevi. Et nimirum reddent eam, partim, quas jam dedi, exercitationes meæ, ad posteriorem partem Chiliados Antonii Fabri, de erroribus Pragmaticorum: partim, quæ, si Deus dabit, prope diem videbunt lucem, Exercitationes, ad reliquas partes Chiliados illius, Commentarii in Institutiones Juris, Commentarii in quatuor libros Pandectarum, & Curæ Secundæ in Treutlerum.

Non



TRACTATUS

DE PIGNORIBVS ET
HYPOTHECIS,
LIBER PRIMUS.

IN QVO DE NOTATIONE ET ETYMO-
logia, definitione & varijs divisionibus,
unà & causâ efficiente tra-
ctatur,

CAPUT PRIMUM.

De verbis, Pignoris & Hypothecæ.



MAGIS existimo verbum pignoris esse primi-
tium: nec enim tam pro Etymologia, quàm pro
allusione habendum est, quod pignus dicitur esse à
pugno in *l. plebs. 238. d. v. s.* cuiusmodi & alia in iure
nostro occurrunt: cum præsertim plerisque mobi-
libus, quæ pugno capi non possunt, ista notatio
nec quadret. Illud autem faciliè admitto, quòd
res mobiles ferè semper solitè fuerint creditori tradi, cui aliàs si apud
debitorem res mobilis maneret, non esset satis cautum: nec illud ne-
gatim fortè quod quidam notant, ab initio res mobiles tantùm soli-
tas fuisse obligari & dari in debiti securitatem. Est autem homony-
mum verbum pignoris. Et interdum enim denotat ipsam rem obliga-
tam, quo sensu obligari pignora dicuntur in *tit. Paulus 29. in pr. de pign.*

A

non